

Nota signa in lecto, & in mensa sicut uxorem tenuerit, cum matrimonio sit maris & foemina conjunctio individua...

XII. IDEM Archid. Genuen. [c. an. 1170. Româ in Tuscanam.]

Per violentam presumptionem probatur carnis copula. Lites fraternalitatis tue receptis nobis innouit, quod cum P. ab A. muliere, quam in uxorem acceperat, peteret separari...

En publica fama consentit, quod post contractum matrimonium se misceant ad invicem, quod in presentia tua publice, ut asserit, sunt confessi, quomodo & id se post contractum matrimonium fecisse negarent...

XIII. CLEMENS III. [c. an. 1190. Româ.]

Idem dicit, ut praeced. cap.

Tertio loco questionis hujusmodi nodum tua fr. petit explicari: an juvenis sponsam, in quam per verba de presenti consensit, debeat uxorem habere...

XIV. INNOCENTIUS III. Nivernen. Episcopo, & Archid. Bituricen. [c. an. 1198. Româ in Galliam.]

Propter presumptionem etiam vehementem, non debet quis de gravi crimine condemnari.

Literas vestras recepimus, continentes, quod cum causa qua vertitur inter Altiliodoren. Episcopum, & quosdam Burgenses de Charitate, quos idem Episcopus de haeresi impetebat, vobis & Abbati Coloniensi, a Sede Apostolica delegata fuisset, utraque pars vos duos sub certa poena, sibi arbitros statuerunt...

Temporalis in omnib. vet. li. & in vet. Compil. Quocirca mandamus, quatenus cum propter solam suspicionem, quamvis vehementem, nolumus illum de tam gravi crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso, praeter juratoriam cautionem, quod timore poena corporalis debeat cohereri, discretam ei potentiam injungentes, ex qua valeat apparere utrum in tenebris ambulet, an in luce; utrumve sit verus penitens, an fictus conversus...

Qui cum de fide sua coram vest. fr. n. Bituricen. Archid. conveniretur, eique purgatio facienda per eundem W. qui vere penitens & Catholicus credebatur, esset indidat, tunc ipse W. fratrem suum, quem publice asseruerat hereticum, praesertim juramento Catholicum esse firmavit...

En publica fama consentit, quod post contractum matrimonium se misceant ad invicem, quod in presentia tua publice, ut asserit, sunt confessi, quomodo & id se post contractum matrimonium fecisse negarent...

XV. IDEM Genadien. Episcopo, & Abbati Deciquorum. [c. an. 1198. Româ in Pannoniam.]

Non presumitur incontinentes in senectute, qui in juventute continent, maxime si est literatus. Um in juventute sua Quinquagesim. Episcopus adeo se maturum, honestum & providum exhibuerit, ut ab Ecclesia Romana meruerit Pallio decorari, non est de levi credendum, quod postquam ad senem pervenit, artem, turpiter abjecerit jugum Domini, festores lididinis amplectendo...

XVI. IDEM Archid. & Praeposito Mediolani. [c. an. 1200. Româ in Istriam.]

Pro quo beneficiando scribitur cum clausula, si idoneus fuerit, non tenetur probare se idoneum, cum idoneus presumatur. Udum Archid. Mediolani. dedimus in mandatis, ut C. Scholarem a Presbytero sancti Victoris in Clericum...

Vide Angelum. Eiusdem Ecclesiae recipi faceret & in fratrem. Et infra. Sed Presbyter memoratus Archidiaconi declinans examen, asserit, quod nequaquam sufficiebant duobus Clericis facultates Ecclesiae memoratae...

DE JURE JURANDO. TITULUS XXIV.

I. GREGORIUS III. a. i. univ. Christi. [c. an. 735. Româ.]

Agri potest ad relaxationem iuramenti, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis. Hoc dicit quoad intellectum, & est casus notabilis. Abbas. Eius administrationis b. Et infra. Mandamus quatenus creditores ad iuramenta super usuris sibi solvendis praestita, relaxanda sub. contradicte. app. ob. Ecclesiastica ditione cogatis.

II. GREGORIUS II. Registo c. [c. an. 600. Româ in Galliam.]

Non valet iuramentum praestitum a Praefato de non repetendis rebus Ecclesiae. Vel sic: A iuramento meticulofo sit absolutio per Iudicem Ecclesiasticum. Derivent ad nos d. Laudien. Episcopum ab Ar. Comite rebus suis spoliatum, & jurare compulsum, quod non repetere sic ablata. Cognita igitur contumelia, valde doluimus...

III. IDEM Regi Francorum. [c. an. 600. Româ in Galliam.]

Non dejerat, qui iuramentum implementum in melius commutat. Et non astringitur quis iuramento ad implendum, quod iuravit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu praebuit iuramentum. Derivent ad nos [Et infra a.] Non enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu ei, etiam si promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione, interposita conditione firmasset, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minime paruisse.

IV. IDEM Petro Subdiacono. [c. an. 600. Româ.]

Posuit forma iuramenti septem cap. continens, secundam quam iuravit Pape Episcopi: sed hodie omnes recipientes dignitatem a Papa sibi iurant. Hoc sit pro summario & divisione. Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctaeque Romanae Ecclesiae, dominoque meo Pape C. ejusque successoribus canonicè intrantibus. Non ero neque in consilio, neque in facto, ut vitam perdat aut membrum, vel capiat mala captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad ejus damnum nulli pandam: Papatum sanctae Romanae Ecclesiae & Regulas Sanctorum Patrum adjutor ero ad defendendum & retinendum, salvo ordine meo, contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam: nisi praepeditus fuero Canonica praepeditione. Legatum Apost. Sed. quem certum esse cognovero, in eundo & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo.

Limina Apostolorum singulis annis aut per me, aut per certum nuncium visitabo: nisi eorum absolvar li. emendat. Gratian. Dialog. 1. Albert Stad. 195. Crant. Metropol. lib. 7. c. 3. pag. 171. Matth. Paris 377. Fidelis V. C. addit & obediens. Regula Sanctorum Patrum. Regalia Sancti Petri possessioneque ejus. V. C. Certum esse cognovero. Pro certo scivero ejus esse Legatum. V. C.

Eorum absolvat licentia. [V. C. Apostolica absolvat licentia. Marian. Scot. sive Dodechinus 465.]

V. URBANUS Papa. [c. an. 228. Roma.] Non tenetur Clericus Episcopo suo obedientiam iuramentum praestare, nisi ratione administrationis sibi concessa. Nullus Episcopus Clericos suos, nisi forte, quibus clericalium rerum commissâ fuerit dispensatio, sibi jurare compellat.

VI. ALEXANDER III. Episcopo Viglen. [c. an. 1180. Româ in Apuliam.]

Qui se obligavit ad usuras solvendas, solvere non cogitur, nisi iuraverit: quo casu cogitur, sed repetit. Debitores ad solvendas usuras, in quibus se obligaverunt, cogendi sunt Domino reddere iuramentum. Et cum usura soluta fuerit, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica severitate, si necesse fuerit, compellat. Debitor, qui iuravit creditori nullam gravamen super re pignoratâ inferre, donec solvere debitum, non auditur repetens pignus, volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integraliter solvere, & deinde cum fructibus inde perceptis exposcere. Hoc dicit, & est casus not.

VII. IDEM Rothomagen. Archiepiscopo & eius Suffraganeis. [c. an. 1180. Româ in Galliam.]

AD nostram novitiam audientiam pervenisse, quod cum quibusdam hominibus certam summam pecuniae mutuasset, quosdam ab eis possessiones & redditus receipt in pignore, ipsos iuramenti religione astringens, quod super illis, donec solverent sibi pecuniam, nullum ei gravamen inferrent. Licet autem de possessionibus illis & redditibus nondum sortem, deductis expensis, receperit, tu tamen frater Archiepiscopo eum propter hoc excommunicationis vinculo atrinxisti: Ideoque mandamus, quatenus recepta a praefato P. sufficienti cautione quod vestro debeat parere mandato, absolvatis eundem. Deinde debitores ejus, qui praedictas possessiones & redditus contra iuramentum subtraxisse dicuntur, si ita est, eos Ecclesiastica censura cogatis, ut hae restituant, nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia persolvatur. Cum autem ei pecuniam, sicut iuraverunt, persolverint; vos ipsum ad restituendum, quicquid, deductis expensis, ultra sortem receperit, constituitur, inducere studeatis: & si commotus non fuerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis eundem.

VIII. IDEM Senon. Archiepiscopo. [c. an. 1180. Româ in Galliam.] Si iuramentum per metum extortum servari potest sine interitu salutis aeternae, servandum est: Ecclesia tamen Roma, conjuncta a tali iuramento absolvetur. Si vero aliquis quemquam gravissimo metu sub religione iuramenti, suum jus refutare coegerit, ipsumque sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti, an alter eorum vel neuter id habere debeat: Duximus tibi respondendum, quod non est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis aeternae: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium, ne auctores perjurii videamur. verum aliquando in Ro. Eccle. a pluribus pra. n. factum esse recollitur, quod Clerici, qui coacti ministerium Ecclesiae abjuraverunt, de iuramento abolutionis beneficium meruerunt, & ad coerendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad praestandum illud compulerant, permitti sunt in eadem Ecclesia ministrare.

IX. IDEM Sardinensib. Episcopis. [c. an. 1180. Româ in Sardiniam.]

Monachi pro debito Monasterii iurant stare in obsequio, & fidei iustos, qui iuraverunt creditorem indemnem servare, iuramenta servare coguntur. Ex rescripto, quod nobis est praesentatum, innouit Abbatem Treman. cum Petro super summa octo milium solidorum taliter convenisse: Et infra. Super hac praedictus Abbas quosdam ex Monachis obides dedit, qui de observanda conventionem iuraverunt, ut si ipsi deficerent, alii Monachi loco eorum in obsequio ponerentur. Insuper si fidem dicti Monachi non fervarent, Abbas dedit eidem V. & eius uxorem hedeiustores: qui similiter fidem praestitisse dicuntur. Ideoque mandamus, quatenus tam Abbatem, & Monachos, quam V. & uxorem ipsius monere curetis, ut sicut iuraverunt, eandem conventionem faciant adimpleri, alioquin Abbati & Monachis ingressum interdicatis Ecclesiae: & in terra praefati V. & uxoris ejusdem usque ad dignam satisfactionem inhibeatis Divina officia celebrari.

Cap. 10. eod. tit. in 1. Compil. Et al. beato. h. dicit, neque, abst. Quid app. membri. veniat Bart. in l. 2. f. de pub. jud. Auth. sed novo iure. C. de Jero. fugit. Et 89. dist. c. singulari. eorum.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 17. c. 3. al. G. al. N. C. 6. eod. tit. in 1. Compil. C. 1. 17. c. 1. Vide c. ad audientiam supra.